

RITUS COMMUNIONIS		SANCTA MISSA			
8 December 2018 – In Conceptione Immaculata Beatae Mariæ Virginis				RITUS INITIALES	
<i>Sacerdos dicit:</i> Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dicere: Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos a malo.		<i>Et omnes, iuxta locorum consuetudines, pacem, communionem et caritatem sibi invicem significant.</i> <i>Deinde sacerdos accipit hostiam eamque super patenam frangit, et particulam immittit in calicem. Interim cantatur vel dicitur:</i> Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem. <i>Sacerdos genuflectit, accipit hostiam, eamque aliquantulum elevatam super patenam vel super calicem tenens, versus ad populum, clara voce dicit:</i> Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt. Dómine, non sum dignus, ut intres sub téctum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. <i>Postea accipit patenam vel pyxidem, accedit ad communicandos, et hostiam parum elevatam unicuique eorum ostendit, dicens:</i> Corpus Christi. <i>Communicandus respondet:</i> Amen. <i>Et communicatur.</i>		<i>Sacerdos et fideles, stantes, signant se signo crucis, dum sacerdos, ad populum conversus, dicit:</i> In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen. Grátia Dómini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et comunicátio Sancti Spíritus sit cum ómnibus vobis. Et cum spíritu tuo.	
Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri: exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi. Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in sæcula.		<i>Ant. ad communionem</i> Gloriósa dicta sunt de te, María, quia ex te ortus est sol iustítiæ, Christus Deus noster. <i>Deinde, stans ad altare vel ad sedem, sacerdos, versus ad populum, iunctis manibus, dicit:</i> Orémus. Sacraménta quæ sumpsimus, Dómine Deus noster, illíus in nobis culpæ vúlnera réparent, a qua immaculátam beátæ Mariæ Conceptionem singuláriter præservásti. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.		ACTUS PÆNITENTIALIS	
Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respícias peccáta nostra, sed fidem Ecclesiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.		<i>Deinde sequitur actus pænitentialis ad quem sacerdos fideles invitat, dicens:</i> Fratres, agnoscámus peccáta nostra, ut apti simus ad sacra mystéria celebránda. <i>Fit brevis pausa silentii. Postea omnes simul formulam confessionis generalis perficiunt:</i> Confíteor Deo omnipoténti et vobis, fratres, quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, ópere et omissiόne: <i>et, percutientes sibi pectus, dicunt:</i> mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. <i>Deinde prosequuntur:</i> Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.		adorámus te, glorificámus te, grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam, Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnipotens. Dómine Fili Unigénite, Iesu Christe, Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis; qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu solus Altíssimus, Iesu Christe, cum Sancto Spíritu: in glória Dei Patris. Amen.	
Pax Dómini sit semper vobíscum. Et cum spíritu tuo. Offérte vobis pacem.		<i>Sequitur absolutio sacerdotis:</i> Misereátur nostri omnípotens Deus et, dimissís peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam. Amen.		<i>Sacerdos, manibus iunctis, dicit:</i> Orémus. <i>Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant.</i> <i>Tunc sacerdos, manibus extensis, dicit orationem collectam:</i> Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptionem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti, quæsumus, ut, qui ex morte eiúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos, eius intercessiόne, ad te perveníre concédas. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.	
RITUS CONCLUSIONIS		<i>Sequuntur, si necessariae sint, breves annuntiationes ad populum.</i> <i>Deinde fit dimissio. Sacerdos, versus ad populum, extendens manus, dicit:</i> Dóminus vobíscum. <i>Populus respondet:</i> Et cum spíritu tuo. <i>Sacerdos benedicit populum, dicens:</i> Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.		<i>Populus respondet:</i> Amen. <i>Deinde diaconus, vel ipse sacerdos, manibus iunctis, versus ad populum dicit:</i> Ite, missa est. <i>Populus respondet:</i> Deo grátias.	
© Copyright – Libreria Editrice Vaticana adorientem.it – info@adorientem.it <i>for personal use</i>					

LITURGIA VERBI

Deinde lector ad ambonem pergit, et legit **primam lectionem**, quam omnes sedentes auscultant.

A reading from the book of Genesis

3:9-15.20

After Adam had eaten of the tree the Lord God called to him. ‘Where are you?’ he asked. ‘I heard the sound of you in the garden,’ he replied ‘I was afraid because I was naked, so I hid.’ ‘Who told you that you were naked?’ he asked ‘Have you been eating of the tree I forbade you to eat?’ The man replied, ‘It was the woman you put with me; she gave me the fruit, and I ate it.’ Then the Lord God asked the woman, ‘What is this you have done?’ The woman replied, ‘The serpent tempted me and I ate.’

Then the Lord God said to the serpent, ‘Because you have done this, ‘Be accursed beyond all cattle, all wild beasts. You shall crawl on your belly and eat dust every day of your life.

I will make you enemies of each other:

you and the woman,

your offspring and her offspring.

It will crush your head and you will strike its heel.’ The man named his wife ‘Eve’ because she was the mother of all those who live.

Ad finem lectionis significandam, lector acclamat:

Verbum Dómini.

Omnes respondent:

Deo grátias.

Psalmista, seu cantor, psalmum cantat vel dicit, populo responsum proferente. (Ps 97)

R. Sing a new song to the Lord for he has worked wonders.

Sing a new song to the Lord / for he has worked wonders. / His right hand and his holy arm / have brought salvation. **R.**

The Lord has made known his salvation; / has shown his justice to the nations. / He has remembered his truth and love / for the house of Israel. **R.**

All the ends of the earth have seen / the salvation of our God. / Shout to the Lord, all the earth, / ring out your joy. **R.**

Postea lector **secundam lectionem** ex ambone legit, ut supra.

A reading from the letter of St Paul to the Ephesians

1:3-6.11-12

Blessed be God the Father of our Lord Jesus Christ, who has blessed us with all the spiritual blessings of heaven in Christ. Before the world was made, he chose us, chose us in Christ, to be holy and spotless, and to live through love in his

presence, determining that we should become his adopted sons, through Jesus Christ for his own kind purposes, to make us praise the glory of his grace, his free gift to us in the Beloved. And it is in him that we were claimed as God’s own, chosen from the beginning, under the predetermined plan of the one who guides all things as he decides by his own will; chosen to be, for his greater glory, the people who would put their hopes in Christ before he came.

Verbum Dómini.

Deo grátias.

Sequitur Allelúia:

Allelúia, allelúia.

Ave María grátia plena; Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus.

Allelúia.

Postea diaconus, vel sacerdos, ad ambonem pergit et dicit:

Dóminus vobíscum. **Et cum spíritu tuo.**

Léctio sancti Evangélíi secúndum Lucam

Glória tibi, Dómine.

1:26-38

The angel Gabriel was sent by God to a town in Galilee called Nazareth, to a virgin betrothed to a man named Joseph, of the House of David; and the virgin’s name was Mary. He went in and said to her, ‘Rejoice, so highly favoured! The Lord is with you.’ She was deeply disturbed by these words and asked herself what this greeting could mean, but the angel said to her, ‘Mary, do not be afraid; you have won God’s favour. Listen! You are to conceive and bear a son, and you must name him Jesus. He will be great and will be called Son of the Most High. The Lord God will give him the throne of his ancestor David; he will rule over the House of Jacob for ever and his reign will have no end.’ Mary said to the angel, ‘But how can this come about, since I am a virgin?’ ‘The Holy Spirit will come upon you’ the angel answered ‘and the power of the Most High will cover you with its shadow. And so the child will be holy and will be called Son of God. Know this too: your kinswoman Elizabeth has, in her old age, herself conceived a son, and she whom people called barren is now in her sixth month, for nothing is impossible to God’ ‘I am the handmaid of the Lord,’ said Mary ‘let what you have said be done to me.’ And the angel left her.

Verbum Dómini.

Laus tibi, Christe.

Deinde fit homilia, quæ a sacerdote vel diacono habenda est.

Homilia expleta, cantatur vel dicitur symbolum seu professio fidei:

Credo in unum Deum,
Patrem omnipoténtem,
factórem cæli et terræ,
visibílium ómnium et invisibílium.
Et in unum Dóminum Iesum Christum,
Fílium Dei Unigénitum,
et ex Patre natum ante ómnia sácula.
Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero,
génitum, non factum, consubstantiálem Patri:
per quem ómnia facta sunt.
Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descendit de cælis.
Ad verba quæ sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant.
Et incarnátus est de Spíritu Sancto
ex María Vírgine, et homo factus est.
Crucifixus étiam pro nobis sub Póntio Piláto;

LITURGIA EUCHARISTICA

Sacerdos dicit:

Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accépimus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet panis vitæ.

Populus acclamat:

Benedíctus Deus in sácula.

Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accépimus vinum, quod tibi offérimus, fructum vitis et óperis mánuum hóminum, ex quo nobis fiet potus spiritális.

Benedíctus Deus in sácula.

Stans postea in medio altaris, versus ad populum, extendens et iungens manus, sacerdos dicit:

Oráte, fratres:

ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Populus surgit et respondet:

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui,
ad utilitátem quoque nostram
totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

Deinde sacerdos, manibus extensis, dicit orationem super oblata: Salutárem hóstiam, quam in sollemnitáte immaculátæ Conceptionis beátæ Vírginis Mariæ tibi, Dómine, offérimus, súscipe dignánter, et præsta, ut, sicut illam tua grátia præveniénte ab omni labe profitémur immúnem, ita, eius intercessióne, a culpis ómnibus liberémur. Per Christum Dóminum nostrum.

Amen.

Tunc sacerdos incipit Precem eucharisticam.

Dóminus vobíscum.

Et cum spíritu tuo.

passus et sepúltus est, et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras, et ascéndit in cælum, sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória, iudicáre vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procédit. Qui cum Patre et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et exspécto resurrectionem mortuórum, et vitam ventúri sáculi. Amen.

Deinde fit oratio universalis, seu oratio fidelium.

Sursum corda.
Habémus ad Dóminum.
Grátias agámus Dómino Deo nostro.
Dignum et iustum est.
Sacerdos prosequitur præfationem, manibus extensis.
In fine autem præfationis iungit manus et, una cum populo, ipsam præfationem concludit, cantans vel clara voce dicens:
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt cæli et terra glória tua.
Hosánna in excélsis.
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.
Hosánna in excélsis.

PREX EUCHARISTICA

Accípite et manducáte ex hoc omnes: hoc est enim Corpus meum, quod pro vobis tradétur. Accípite et bíbite ex eo omnes: hic est enim calix Sanguinis mei novi et ætérni testaménti, qui pro vobis et pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. Hoc fácite in meam commemoratiónem.

Mystérium fídei.
Mortem tuam annuntiámus, Dómine,
et tuam resurrectionem confitémur, donec vénias.

Sacerdos accipit patenam cum hostia et calicem, et utrumque elevans, dicit:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sácula sæculórum. **Amen.**